



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Monvmenta Paderbornensia

Ferdinand <II., Paderborn, Bischof>

Paderbornae, 1669

3. Arx.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11425

lenus cum duobus fratribus. Clades illata haud modica fuit: nam templum primum subjecto pulvere nitrato disiectum, porta civitatis incensa, caetera pari ruina vastata. Quicquid cives & accolae post nuperam Suevicam expugnationem urbis huc convenerant, spolio abreptum. Postridie tres praestantes campana una cum turri corruerunt.

BRVNISBERGA PROPE HVXARIAM.

I. **B**RVNISBERGA. Manet etiamnum nomen huius loci & insignis fama, cui fidem faciunt scriptores antiqui, atque hos inter Poëta anonym. l. i. A. 775. Annal. incerti Auth. & vita Caroli M. apud Pithæum. Astronom. apud Reuberum, & Regino.

2. PROPE HVXARIAM. Quam Ludovicus Pius VI. Kal. Augusti indict. prima, Imperij sui X. qui fuit annus aërae Christianae 823. Monasterio Corbejensi donavit. vid. diploma apud Gerhardum Cleinsorgium in hist. ecclesiastica Westph. MS. & Stangefolium in Annal. circul. Westphal. l. 2. pag. 120. Quo verò tempore cepit floruitque *Brunisberga*, *Huxaria* sive; ut tum nominata fuit, *Huxeri* villa tantum erat, postmodum verò hæc oppidum insigne evasit. Illa interim seu bello seu vetustate corruit, nec nisi mœnium vestigia, vallorumque & fossarum ostendit.

3. ARX. Montem Poëta Anonym. locum Astronom. & vita Caroli M. *arce[m] omnium fortissimam*. Cranzius. Wiedekindus Abbas Corb. in literis An. 1198. *castrum* appellant.

4. BRVNO-